

## **Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 16. Proprius Episcopus Regularium est ille, in cuius Diœcesi situm  
est Monasterium, ubi suorum Superiorum mandato degunt. Ubi cum  
discretione defenduntur privilegia Mendicantium quoad Ordines.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

fraudem, esse male promotum; ac, si in suspectis Ordinibus ministraverit, irregularitatem contrahere. Caterum an ipsa fraus intercesserit, ex legitimi conjecturis, ad præscriptum juris, esse arguendum.

97 Consonat Fagnanus ad cap. omnis de penit. & remiss. n. 98 & 99.

98 Porro præsumptionem fraudis esse, dum Episcopos ordinat Clericum, ex aliena Diœcœsi oriundum, in eaque domiciliū habentem, ratione tenuissimi beneficii; v. g. duorum vel quatuor ducatarum, vel ad summum septem, consentenit Zerola in praxi Episc. p. i. verbo beneficia §. 3. Sotus l. 2. de just. q. 3. Barbof. de offic. & potest. Episc. p. 2. allegat. 4. n. 45. Natalis Alexander Theol. Dogm. & Mor. to. 5. l. 2. de Or- dine cap. 3. a. 3. reg. 2.

## CAPUT XVI.

*Proprius Episcopus Regularium est ille, in cuius Diœcœsi sium est Monasterium, ubi suorum Superiorum mandato degunt. Ubi cum discreto defenduntur privilegia Mendicantium quod Ordines.*

99 Ita S. Congregatio Concilii declaravit.. Martii 1596. his verbis: *Congregatio Concilii cœn- fuit, Superiores Regulares post sua subditos, item Regulari, qui prædictis qualitatibus requisitis Ordines suscipere volueris, listores dimissiores conce- dere, ac Episcopam tamē Diœcesanum, nempe illius Monasterii, in cuius familia, obiis ad quos pertinet, si Regularis positus fuerit. Et, si Diœ- cezanus absurit, vel non sicut habetur Ordina- tiones, ad quemcumque alium Episcopum. Dum tamen ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, ex- minetur quod doctrinam, & dum ipsa Regulares non distulerint de industria concessione dimissioria- rum in id tempus, quo Episcopus Diœcesanu, vel abiturus, vel nullas habituras Ordinationes es- set. Verum cum à Superioribus Regularibus, Episcopo Diœcesano absente, vel Ordinationes non ha- bente, litteræ dimissiores dabuntur, in iis acique bujusmodi casuam absentie Diœcesani Episcopi, vel Ordinationum ab eo non habendarum, exprimendam esse. Quod qui non fecerint, officii & dignitatis, seu administrationis, ac vocis activæ & passivæ privationis, ac alias arbitrio ejusdem S. D. N. Papa reservatas penas incurront. Hanc declarationem Clemens VIII. non solum approba- vit, sed & mandavit observari ab omnibus & fini- gulis quorumcumque Regularium Superioribus, & ut eam ipsi facerent observari, prout videre est apud Africanum Tambrinum de jure Abbat. to. 2. disp. 2. q. 25. Piaficius in praxi Episc. c. 1. n. 14. & Jordanum elucubr. vol. 1. l. 3. tit. 6. n. 24. ubi Superioris illos reprehendit, qui fuos ad aliquantulum tempus mittunt ad Monasterium alterius Diœcesis, habentis Episcopum faciliorem, benignioremque, & postquam ibi ordinati sunt, revocant eos domum. Suntque revera reprehen- sibilis, si hoc faciant abque privilegio. Quia in- currunt in penas statutas à Pio V. contra Superio- res Regulares, facientes (sine privilegio) fuos ordi- nari ab alio, quam à proprio Diœcesano. In quas etiam penas S. Congregatio (referente Riccio in Decisionib. Curie Neapolitanæ Decil. 159.) confuit incurtere Superiori, qui unum & sum subditis, rejectum ab Episcopo proprio, propter imperi- tiam, intra eadem tempora Ordinationis misit ad aliud Monasterium alterius Diœcesis, faciendo il- lum fratrem localem illius ejusdem Monasterii, & curando confessio ordinari ab illo Diœcesano. Extrac- tio est, quia Superior, in utroque casu, confetur ad aliam Diœcœlium mittere in fraudem, sive ad*

subducendam suum Religiosum ab Ordinatione proprii Episcopi.

Dixi, si hoc faciant abque privilegio. Quod u. 103 Gregorius XIII. per Bullam que incipit, primum & us- ad Minores, ac etiam extra tempora à jure statu- diebus, etiam continuo, ad sacros, etiam Presby- teratus Ordinem promoveri possint. Sed quia illius gratia communicationem altius, etiam qui sua pri- vilegia cum ipsa Societate copiose participant, fieri omnino prohibitis, videndum ac communicatio ipsi facta non fuerit à Successoribus ipsius, qui- bus ipse manus ligare non potuit?

Nota ly à Successoribus ipsius. Negue enim post 101 Tridentinum valent similia privilegia. Regulari- bus Mendicantibus ante Gregorium XIII. & ante Tridentinum concessa, utpote Tridentini Decretis sublata, illis etiati in locis ubi clausulum eorum derogatoriam Tridentinum specialiter non adiicit, nec corum, seu etiam Regularium spe- cificam mentionem fecit, prout alio valide (ni fallor) à demonstro, subveris illis qua in contrarium Boſco allegat hinc disp. io. n. 245. & seq.

Propterā ne illas quidem Successorum Gregori- tri XIII. Bullas, in favorem aitorum Regularium solidi allegari exstimo, quibus ipsi facta est amplissima communicatio privilegiorum Societatis, tametē concessorum sub clausulis communica- tionis prohibitis, cuiusmodi est Bulla Gregorii XIII. Romanus Pontifex 3. apud Rodericum. Et Bulla ejusdem illius qui pro gregis, quam refut Hieronymus à Sorbo in addit. ad Compendium Mendicantium verb. communicatio. Et Bulla Urbani VIII. ad sibi 15. apud Cherubinum 10. Quia tamē in omnibus isti Bullis fiat alii Ordinibus communicatio privilegiorum Societatis, additur tamē hæc clausula: damnata revoca- non sinit, nec Concilii Tridentini Decretis adver- sa, seu contraria, seu repugnativa.

In favorem prouinde aitorum Ordinum mehius 102 allegatur i. 1. Bulla Gregorii XIII. ex injuncto 18. apud Cherubinum, in qua Camaldelensis (ac per consequens Ordinibus Mendicantium cum ipsi communicantibus) idem Pontifex sine ejusmodi clausula, communicavit omnia privilegia concessa, & concedenda quibusvis alli Regularium Congregationum Ordinibus (cuiam prouide Societas Iesu) etiam si talia forent, que requirent speciali- mentem. Non obstante quibusvis Litteris (non ob- stantibus prouide clausulis prohibitis communica- tionis) ejusdem Ordinibus concessi.

2. o. in eorum favorem rationaliter allega- tur Bulla Urbani VIII. Redemptoris nigris 13. apud eundem Cherubinum, quia Discalcati Ordini SS. Trinitatis, Redemptionis Captivorum, anno 1634. communicavit omnia privilegia, quibusvis Ordinibus Mendicantium & non Mendicantibus, etiam Soc. Iesu, concessa, & concedenda, quamvis illa difficultas sint concessiois, & quia in generali concessione non veniant, non obstantibus Concilii Generalibus, hæc solā additā restrictione: quatenus sunt in usu, & non revocata. Privilegium vero Societatis, n. 100. relatum, certissime est in usu, & non revocatum; in dñi à Paulo V. anno 1606. ex certa scientia innovatum. Unde nec ullam Patribus Societatis circa hoc difficultatem facere solent Episcopi Germaniae & Belgij.

3. o. quoad Ordinationem extra tempora, & 103 non servatis interitiis, tribus Dominicis vel Felis continuis, vel interpolatis, & a quocumque Episcopo, in eorumdem favorem merito allegatur privilegium à Clemente VIII. die 23. Novem- bris 1596. post Tridentinum, & declarationem n. 99. relatum, concilium Congregationis S. Joa- van-

Evangelista in Portugallia (& consequenter eis communicantibus) ut ordinari possint extra tempora, & per quemcumque Episcopum. Cujus concessionis Bullam se vidisse testatur Portel verbo *Ordines Sacri* n. 4. Et ideo Religiosos Mendicantes extra tempora à quocumque Episcopo ordinari posse, docent Emmanuel Rodriguez to. 3. qq. Regular. q. 25. a. 5. Portel, loco citato; Villalobos i. p. Summ. tr. 11. diff. 13. n. 6. Hieronymus Rodriguez in Compend. q. 4. regular. resol. 106. Diana plures alios referens p. 10. tr. 11. resol. 10. & p. 11. tr. 4. res. 6. Urbanus noster ab Ascensione de privil. in speciali c. 5. reg. 2. roffet Bonæ spci de Ord. n. 60. & seqq. noster Andreas à Matre Dei de Ord. tr. 8. c. 4. n. 68. & 83. Barbolà apud ipsum. Novarini Lucern. Regul. verbo *Ordines*. Herinx de Ord. disp. 10. a n. 79. ad 91. Leander à SS. Sacram. disp. 7. de Ord. q. 22. & 23. Donatus Laynenis Rer. Regul. to. 3. q. 26. Aliisque non pauci. Et quoad Ordinationem extra tempora, hanc opinionem Averla de Sacram. Ordinis q. 3. scđt. 9. dicit esse tutam in praxi, atque in pluribus Diœcesis prakticari, & in Romana p[ro]pria urbe. Denique noster Gabriel à S. Vincentio disp. 2. de Ord. q. 3. scđt. 9. testatur Eminentiss. D. Cardinalem Sforiam anno 1650. in Civitate Ariminensi quendam, sui Ordinis Religiosum, id est Carmelitam Diffcalceatum, extra tempora juxta istud privilegium ordinarie.

105 Sicobi tamen Episcopi non solum nolunt extra tempora Regularis privilegios ordinare, sed ne statutis quidem à jure temporibus, non servatis interflitus, habenda patientia est. Tum quid dispensationem super interflitus Episcopi iudicio & arbitrio Tridentinum relinquit iei. 23. c. 11. & 14. Tum quia Sacra Congregatio apud nostrum Lezamam to. 1. qq. Regular. c. 14. monet Prelatos, ut, *cum mutant suos subditos ad Ordines suscipiendos*, & *expedire iudicaverint, ut cum in densis interflitus disponerentur, in litteris dimissorialibus humiliter debeant exorare Episcopos, ut id faciant*. Tum denique quia non defunt graves Doctores, etiam Regulares, qui confessi, quod dispensare sufficiunt interflitus special ad Episcopum ordinantem; qui tamen quoad dispensationis causasflare de beat iudicio & attestacioni Superioris Regulares ordinandi, ut S. Congregationem declaratae referunt Donatus Laynenis ubi suprà q. 29. & apud ipsum Bellarminus, Quaranta, Genensis, Pafrellus, Riccius, & Miranda. Tamei plures Episcopi Religiosos Mendicantes, absque interflitus, sine iterupulo ordinant, tum hic, tum aliib[us], tum etiam Romæ, ut testatur Averla q. 3. scđt. 9. q. qui vero. Sed & Religiosi facilius quam secularibus praescripta interflitus Episcopi remittere solent. Gelasii I. Summi Pontificis exemplo, qui breviora Monachis interflitus, quam secularibus imponuit: *quia quod annorum interflitus fuerant collatura, sancti propositi sponte suscepta docetur prestatissime devotio*.

## C A P U T XVII.

*Sexus, etas, & qualitates ordinandorum.*

107 Exum feminum ab ipsa quoque prima Ton-  
sura excludi, ex praxi Ecclesiæ certum est; immo sexum illum Presbyteratus incapacem esse, de fine est, ut ostendit Vasquez disp. 245. Enimvero sexus ille, subiectio[n]em est. Ordo vero, maximè Presbyteratus, ad imperandum, praesidendum, docendum institutus est. Et quomodo ipsi permitteretur in Ecclesiæ sacrificium offere, quibus in Ecclesiæ non permittitur loqui? *Malices in Ecclesia raseant* (inquit Apostolus 1. Cor. 14.) non enim permittar eis loqui, sed subditas esse.  
Tom. III.

Et 1. Timoth. 2. docere mulieri non permitto, neque dominari in virum... Adam enim primus formatus est, deinde Heva. Unde Epiphanius ha-  
resi 49. Quintillianitas seu Pepuzianos velut ha-  
reicos reficit, quod in Ordinatione Episcopi &  
Presbyteri nullum sexus differunt servabant,  
abutentes his Apostoli verbis: *in Christo Iesu ne-  
que mas est, neque femina*. Quod Apostolus non  
dixi quantum ad Ordinationem, sed quantum ad  
fidem, justificationem, adoptionem in filios, bo-  
norū operum retributionem, secundum quod  
subiungit: *omnes enim filii estis per fidem, que  
est in Christo Iesu*. Haec vero 79. ostendit, ex  
quo mundus conditus est, mulieres nunquam Sa-  
cerdotio functas. Et vero, *Si Sacerdotium mu-  
lieribus mandatum foret, aut canonicum quid-  
dam prestare in Ecclesia licet, nulli potius  
quam Mariæ illad in novo Testamento committi de-  
buit, cui tantus honor est habitus, ut gremio sinuque  
suo Regem omnium ac celestem Deum, Deique Fi-  
lium conceperet... Verum longe Deo aliter est ex-  
sum, ac ne baptizandis quidem potestas est illi facta.  
Cum aliqui tingi ab illa Christi potius quam à  
Jeanne potuerit.*

Nominantur quidem in sacris Canonibus E. 108  
p[ri]scopæ, Presbyteræ, Diaconissæ. Non quia sa-  
cram Episcopatus, Presbyteratus, vel Diaconatus  
Ordinem percepant (numquam enim in altari  
ministraverunt, nec ad altare accesserunt, nec  
vasa sacra tenebant) sed quia Episcoporum,  
Presbyterorum, Diaconorum uxores fuerant.  
Quod si Ordinationis Diaconissarum mentio le-  
gatur apud Tertullianum, Concilium Calcedo-  
nense, &c. earum Ordinatio, seu manus imposi-  
tio, meta erat ceremonia, similis benedictioni  
Abbatissarum, per quam nulla eis potestas Eccle-  
siastica tribuebatur, sed declinabantur ad ea mulie-  
ribus officia ex honestate praestanda, quæ Diaconi  
viris. Joannæ vero Papilia historia, mera est fab-  
ula; cui autem dedit incontinentia Joannis XII.  
tanta, ut tres concubinas haberet, inter quas cum  
Joanna quadam principatum haberet; atque in  
Pontificatus administratione se nimil ingeneret,  
vulgò Papilia dicta est. Videri potest Baronius  
to. 10. ad annum 873. n. 86.

Solus proinde sexus masculinus suscipiendæ 109  
Ordinationis capax est. Nec eam licet suscipere  
potest ante usum rationis; licet possum validè, etiam  
Presbyteratum & Episcopatum. Qui proinde Ordines  
repetent non forent, si in illa estate suscep-  
ti forent, prout docent S. Thomas in 4. diff. 25.  
q. 2. a. 1. & 3. p. 9. 37. a. 2. S. Bonaventura,  
Sconus, & Doctores communiter, contra Du-  
randum, & Petrum Sotum. Colligiturque ex co-  
quod ad Ordines validè suscipiendos necessarius  
non sit liber consensus suscipientis, ut infra mon-  
strarunt.

Loquendo vero de eo quod licitum est, Ton-  
sura Clericalis, minoreisque Ordines conferri non  
debent, nisi iis qui per etatem capaces sunt eli-  
gendi certum vitæ statum, in quo perpetuè ma-  
neant. Cum ii, qui Tonsura initiantur Clericali,  
Laicali vitæ renuntiantur, sanctioris vitæ genus eli-  
gant, seque peculiariiter in Domini fortem adisci-  
tos proficuntur. *Quid vero indecorum magis quam  
cum in statum admoveri infantes, qui non intelligant  
quid erga, immo ne capiant quidem, quid Cle-  
ricali nomen, & reliqua minorum Ordinum vocabu-  
la significant*, inquit Concilium Coloniense an-  
ni 1530. p. 1. c. 27. Unde licet Tridentinum  
non definierit etatem initiandorum primâ Ton-  
sura, minoribusque Ordinibus, sed Episcoporum  
prudentia id reliquerit; lessione tamen 26. c. 6.  
de reform. statuit nullum, initiatum primâ Ton-  
sura, vel etiam minoribus Ordinibus, ante deci-  
mum quartum annum, beneficium posse obtinere;

Nnn